BIBLIA (PROV-APOC)
Österreich?, 1472 Seite 330v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

prens a scriptura ista euange
lizauit illi ihm et dum ire
per viam: venerunt ad quandam
aquam et ait eunuchus Ecce
aqua ecce quid prohibet me bap
tizari: dixit autem philippus Si
credis ex toto corde licet. Et
respondens ait. Credo filium
dei esse ihm xpm et iussit sta
re currum et descenderunt vtq;
in aquam philippus et eunuchus
et baptizauit eum Cum autem ascen
disset de aqua spus dni rapu
it philippum. et amplius non vi
dit eum eunuchus. ibat autem
per viam suam eunuchus gaudens
philippus autem inuentus est in
azoto: et pertransiens euangelizabat
ciuitatibus cunctis donec
veniret cesaream: Nnn

Saulus autem adhuc spiran
minarum et cedis in dis
cipulos dni. accessit ad
principem sacerdotum: et petit
ab eo epistolas in damascum ad si
nagogas ut si quos inuenisset
huius vie viros ac mulie
res: vinctos perduceret in hie
rusalem Et cum iter faceret:
contigit ut appropinquaret
damasco. et subito circumfulsit
eum lux de celo: et cadens in
terram audiuit vocem dicentem
sibi Saule saule. quid me per
sequeris. cui dixit. ecce quis es
dne. et ille. ego sum ihesus
quem tu persequeris. Durum est
tibi contra stimulum calcitrare
et tremens ac stupens dixit. Do
mine: quid me vis facere.
et dns ad eum Surge et ingre
dere ciuitatem: et ibi dicetur
tibi quid te oporteat. viri autem
illi qui comitabant eum stabant
stupefacti: audientes quidem vo

Fere d' hac re et ipsa c xxij
xxvj

cem: neminem autem videntes. si
surgens autem saulus de terra
apertis quoque oculis nihil videbat
ad manus autem illum trahentes
introduxerunt damascum et erat
ibi tribus diebus non videns et
non manducauit neque bibit erat
autem quidam discipulus damasci
nomine ananias et dixit ad il
lum in visu dnus anania. at il
le ait. ecce ego dne et dominus
ad eum. Surge et vade in vicum
qui vocatur rectus: et quere in
domo iude saulum nomine tharsen
sem ecce enim orat. et vidit
virum ananiam nomine introeuntem
et imponentem sibi manum ut vi
sum recuperet. Respondit autem ana
nias Dne audiui a multis de
viro hoc: quanta mala fecerit
sanctis tuis in ierlm et hic ha
bet potestatem a principibus sacerdotum
alligandi omnes qui inuocant
nomen tuum. Dixit autem ad eum do
mnus. vade quoniam vas electionis e
mihi iste: vt portet nomen me
um coram gentibus et regibus et
filios israhel ego enim ostendam
illi quanta oporteat eum pro no
mine meo pati et abiit ananias
et introiuit in domum: et
imponens ei manum dixit Sau
le frater: dns misit me ihesus
qui apparuit tibi in via qua ve
niebas: vt videas et implearis
spu sancto et confestim recepit
dixit ab oculis eius tanquam squa
me et visum recepit et surgens
baptizatus est: et cum accepisset
cibum confortatus est. fuit autem
cum discipulis qui erant damasci
per dies aliquot et continuo in
gressus in synagogas predicabat
ihm quoniam hic est filius dei Stu
pebant autem omnes qui eum audiebant: et

23 q x c
Supplicet

fere